

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 37. (*Neovidensis* 1808. Nro. 36.)

Politica mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum.-Die Martis 17. May. 1808. (Neov. 29 Apr. 1808.)

Hinc ille irae
— evanescunt!

Colloquentes Manes.

Don Gonzalez. Anonymus.

D. Gonzal. **M**emorem monumentum esto, &
erit memoriae praemium tuae!

Anon. Cui quaeso? da veniam illustris Umbra! quod ignotus hac te quaestione interpellare ausim.

D. Gonz. Immortali nationis nostrae viro,
Cervantes vocant.

Anon. Manum de opere! nobilis umbra!
Cervantesio in tumulo vitio datur: ab eo ridicula, qua in opere fabuloso suo *Don Quixotte* ratione, mores ejus ætatis Equitum perstrinxerat, alacrem bellicosamque hispanæ nationis indolem perversam esse. Illius ætatis mores ita erant comparati: quod equites quæsierint imbecilliores adversus fortiores defendere, insontes tueri, in protectionem accipere, virtutem promovere. Mordax famosus libellus: *Don Quixotte* illius ætatis equestris indolem ignominia adfecit, hoc est quod *Cervantesio* exprobratur.

D. Gonz. (ad pedem monumenti) Crastino, crastino! Oh vix opperit perfectionem operis, qua illustris Cervantes effigies splendebit, O! genialis, persecutionem passe, fame & inedia vexate Cervantes!

Anon. (ei se associans) Nonnullis monumentum positum est, qui gloria & fame vitam amisere, plane apposite eis vita fundis, præstabatur id, quod superstitionibus etiam relinquebatur. — *lapides in vicem panis.*

D. Gonz. (subridens) Ingeniosæ Anonymæ! gaudeo de tuo consortio.

Anon. Analogum proin est monumentum nepotum, saltem avorum socordiae. Beneficæ sane dotatio! pro viventibus adhuc, quos genius periculo rursus famendi objicit; terrestribus Hypocrene temerariis maghorum manum alumnis, quo id saltem impetratur: ut hoc glorioso exornatis nomine monumentum expiatione jungatur.

D. Gonz. Insignis profecto mentis conceptus.

Anon. (eum acrius contemplans) Qui, ut mihi videtur, admiratione evanescit.

D. Gonz. Recte in nobili provincia nostra nova Nova Castilia insignem marmoris venam deteximus, Cui, amabo, honorificentius, & majore jure, primitias ejus dicere possemus, quam illustri viro, qui concivis nostrer, qui immortalibus ingenii sui foetibus omnibus civis factus est.

Anon. Ita sane! multa in gratiam domesticæ marmorum venæ indulgemus — at: an nostris etiam in venis is fluit sanguis, qui dignus marmoreo ex iis eruto, monumento?

D. Gonz. Id saltim adnitemur — futuræ posteritatis spe ducti, præteritis jus impertientes — equidem usque tormentorum conclavi contineri mihi videor, quo *Mich. Saverdæ* illata injuria vindicata fuerit.

Anon. (Serio) Conclave tormentorum imbecilli hominis, proprium ejus cor est — an Domine! *Alcala de Henares* etiam patria tua?

Gonz. Sum inter eos felices, qui in eadem, qua illustris *Cervantes*, urbe lucem primam aspexere.

Anon. Quod, amabo, officium tuum?

Gonz. Sum medicus.

Anon. Hoc vitæ genus etiam erat amplexus.

Gonz. Aliquanto tempore egi medicum Archi Episcopi Toledani.

Anon. Nisi me egregie fallat memoria: & ille stationi Cubicularii apud Cardinalem *Aquavivam* præfuit.

Gonz. Cubicularii singularis, & in suo genere unici — tum ad majorem alacritatem me vocatum sentiens, ut campestris medicus castra secutus sum.

Anon. Quanta, obsecro, similitudo in vitæ ratione! & is atrio aulico valedixit, ad lævam manum amittendam, tu neutrius juram tulisti?

Gonz. Grates sint superis! ut contractum debitum possim exsolvere.

Anon. *Cervantes* id dextra solum manu fecit. —

Gonz. Nihil ille debitorum solvit — imo

D. Gonz. (ad pedem monumenti) Crastino, crastino! Oh vix opperior perfectionem operis, qua illustris Cervantes effigies splendet, O! genialis, persecutionem passe, fame & inedia vexate Cervantes!

Anon. (ei se associans) Nonnullis monumentum positum est, qui gloria & fame vitam amisere, plane apposite eis vita functis; præstabatur id, quod superstitionibus etiam relinquebatur. — *lapides in vitem panis.*

D. Gonz. (subridens) Ingeniose Anonyma me! gaudeo de tuo consortio.

Anon. Analogum proin est monumentum nepotum, saltem avorum socordia. Benefica sane dotatio! pro viventibus adhuc, quos genius periculo tursum famendi objicit; terrestri Hypocrene temerariis maghorum manum alumnis, quo id saltem impetratur: ut hoc glorioso exornatis nomine monumentum expiatione jungatur.

D. Gonz. Insignis profecto mentis conceptus

Anon. (eum acrius contemplans) Qui, ut mihi videtur, admiratione evanescit.

D. Gonz. Recte in nobili provincia nostra nova Castilia insignem marmoris venam deteximus, Cui, amabo, honorificentius, & majore jure, primitias ejus dicere possemus, quam illustri viro, qui concivis noster, qui immortalibus ingenii sui foetibus omnibus avi Civis factus est.

Anon. Ita sane! multa in gratiam domesticæ marmorum venæ indulgemus — at: an nostris etiam in venis is fluit sanguis, qui dignus marmoreo ex iis eruto, monumento?

D. Gonz. Id saltem adnitemur — futuræ posteritatis spe ducti, præteritis jus impertinentes — equidem usque tormentorum conclavi contineri mihi videor, quo *Mich. Savedrae* illata injuria vindicata fuerit.

Anon. (Serio) Conclave tormentorum imbecilli hominis, proprium ejus cor est — an Domine! *Alcala de Henares* etiam patria tua?

Gonz. Sum inter eos felices, qui in eadem, qua illustris *Cervantes*, urbe lucem primam aspexere.

Anon. Quod, amabo, officium tuum?

Gonz. Sum medicus.

Anon. Hoc vitæ genus etiam erat amplexus.

Gonz. Aliquanto tempore egi medicum Archi Episcopi Toledani.

Anon. Nisi me egregie fallat memoria: & ille stationi Cubicularii apud Cardinalem *Aquavivam* præfuit.

Gonz. Cubicularii singularis, & in suo genere unici — tum ad majorem alacritatem me vocatum sentiens, ut campestris medicus castra secutus sum.

Anon. Quanta, obsecro, similitudo in vitæ ratione! & is atrio aulico valedixit, ad lævam manum amittendam, tu neutrius jacuram tulisti?

Gonz. Grates sint superis! ut contractum debitum possim exsolvere.

— *Anon.* *Cervantes* id dextra solum manu fecit. —

Gonz. Nihil ille debitorum solvit — imo

potius ille mutuum dedit. Ille fuit Creditor, præprimis meus! —

Anon. Si deliciosas tibi horas reddidit, tum uberem profecto habet compensationem.

Gonz. Deliciosis, & maxima cum voluptate actis horis adjunctæ erant etiam amaræ; Equidem sum. *Avellaneda* pronepos! —

Anon. Pronepos *Avellaneda*! an non hic ipse est, qui *Don Quixotii* opus non provocatus continuavit?

Gonz. Proh nefandum scelus!

Anon. Quod *Cervantes SAVEDRA* dudum profecto oblivioni dedit. —

Gonz. A sequentium temporum *Critonibus*, amare perstrictum. —

Anon. *Don Quixotte Card. Lerma* indignationem supervixit, & utramque *Castiliam* delectavit — quid porro desideratur amplius?

Gonz. *Monumentum!* pœnitentis nepotis in avi anima.

Anon. Indicia martyrii neo Martyres nostri majoris faciunt, quam veteres ipsum martyrium fecere.

Gonz. Pro tenuitate mearum virium feci, ut hoc monumentum erigi possit, in effectum crastino deducetur.

Anon. Qui arctatis viribus omnia, quæ potest præstat, culpam expiavit integra fide, qua nativitatis conditione tenebatur, jureque utili candore præditus vir audit — (manum ei premens) tu es is! sed non opus his. —

Gonz. (compunctus) Quid est?

Anon. Genio ubique patria est, sub em-

ni habitat imagine, semper dives est — neque ullis vinculis, nullis conventionibus tenetur, hæc quidem ejus operi obicem ponere, flammam continere possunt, nihilominus scintillam cœlestem extinguendo non sunt (rursum dextram comprimendo) expiasti quod Cervantes oblivioni mandavit — pronepos Avellanedæ expiavit! (formam Cervantesii recipiendo) poeta beatitudinem in sua habet manu, salvus ei venit, qui eam elargiri potest, & vult! (disparet)

D. Gonz. (eum voce persequendo) Audi sis, quæ in patria nostra geruntur.

Ephemerides gallicanæ de 24. Aprilis in argumento hispanicorum adjunctorum tanto memorabiliorem Tractatum continent, quanto certius statui potest: ejus tenorem sentiendi regiminum rationi conformem esse fortasse eam prænunciare. In exordio memoratus Tractatus in eo versatur, ut improbabilis reddat, ostendatque: rumores de immanibus opibus principis pacis, ejusque cum Anglia cointelligentia — tum prosequitur in hunc modum: „Eo usque processum est, quod assertum sit; abdicationem Regis Caroli, quam tot perturbaciones præcesserant, quæque sub tanis, in oculos incidentibus, adjunctis declarata est, spontaneam, minimeque coactam fuisse, hoc profecto est temerarie de gravissimo argumento decernere! Causa hæc salebrosa coram tribunali Imperatoris delata, Bajonnæ decidetur — quod si prævie ante decisionem, opinionem depromere fas est, an, quæ Madriti præcessere,

fidem non facient: Carolum ad consentiendum vi adactum fuisse? Ipse Edicto promulgaverat: se exercitum Ducem futurum; aliquanto post tempore, id est: hora ante abdicationem videre debuit, ut primarius suus minister & amicus per tumultuantes milites in compitis raptatus, ut suus exercitus eum adversus furorem hostium tuendo impar fuerit, vidit, ut regina Conjux indigne tractata, ut ei, adeo acriminæ intentatæ: ut vita ejus periclitaretur. —

In summa: omnia malefactæ hujus diei adjuncta argumento esse videntur conspirationem Aranesinam nihil aliud, quam successum fuisse, quod priore auctumno in Escuriale tentabatur. Si Caroli abdicatio ultronea fuisset, tum, qui agendi rationem Ferdinandi, principis, cujus debilis animi indoles nota est, moderantur, profecto sensu pudoris ducti fuissent, ad parcendum doloris teneritudinis regis, virum, diutina fidelitate, & amicitia in seclarum, suismet oculis læcessitum, contumeliis adfectum, opprobriis vexatum, ad carcerem raptari cernentis: an, prima novi regiminis dispositione, omnes adversus regem olim conspirati, revocati fuissent? hæc profecto agendi ratio abhorret a pacifica throni adeptione, atque ultronea solii renunciatione; hæc in annalibus populorum adeo memorabilia eventa, nequaquam tumultus publicos, nullas perturbationes, nullas violentias, conductorum ære, & ad seditionem concitatorum militum præcursores comitesque habuere. Abdicatio ceu spontaneus, & meditate susceptus actus, quovis tempore, tam solennia secum fert indicia, quam habere solet auspiciam imperii. Dum *Carolus V.* decretum solio renunciandi palam faceret, morabatur Bruxellis, annus præteribat, usque habenas imperii fratri, filioque tradidisset, consilium hoc suum legatis exterarum aularum communicabat, Hispaniam porro repetebat, & semestri ante successoris sui aditum regiminis, ipse omnes dispositiones ad throni renunciationem suscepit, perfecitque ad eum

plane
primun
matur
ctaria
gumen
S. Ju
Philipp
decede
succes
rat, r
& sub
C
vissim
Se
ctaver
nondun
vas pe
imper
præcon
præber
tanti il
chia su
tu in
rum ad
& libe
libero
pluribu
tionem
quorum
notam
tas hæ
adhuc
curam
filius m
scite, c
fruitur.
rii & an
exercitu
mum su
negabilia

plane modum, quo Testamentum confici solet. Tum primum, cum consilia sua palam edidisset, postquam maturo, & deliberato ea animo expendisset: consecraria pensitasset, omnesque in hoc genere, & argumento præcautiones fecisset, imperio decessit & *S. Justum* petiit; Eadem serme ratione abdicatio *Philippi V.* peracta est, intra tempus, quo solio decedendi voluntatem declarabat, & tempus, quo successor *Ludovicus amantissimus*, eum conscenderat, tranquillitas publica, fides, paritio copiarum & subditorum salva perstitit.

Conferamus jam hanc agendi rationem cum novissimis Madriti eventibus.

Seditiosa Convitia Majestatem solii jam attrectaverant, verum Carolus IV. regimini & imperio nondum abdicavit — hora I. novæ coalitiones novas perturbaciones minabantur, & nunc abdicatio imperii subscribitur, promulgatur, & novus rex per præconem proclamatur — hæc adjuncta profecto præbent varietatem, quæ recte, prudenterque cogitanti illucent. Concordia abdicacionis cum Anarchia sub publica violentia, licentia militum, tumultu in metropoli, profecto singulare esset argumentum ad hoc, tantæ gravitatis consilium ultroneum, & liberum declarandum. Quod si Carolus reapse libero animo egisset, eorum uno alteroque die, aut pluribus solio immansisset, eorum voluntatem intentionemque suam gallico legato, gallicisque Ducibus quorum convictio ei tantopere curæ esse debuit, notam fecisset — cuius legatorum dixisset: Voluntas hæc mea est, solio decedendi, at de præsentis adhuc impero, ad executionem voluntatis meæ securam reddendam, & moderandam. Intra triduum filius meus dominabitur, hunc Imperantem agnoscite, qui per me & per leges patrias potestate fruitur. Per proscriptionem primo, ministri primarii & amici hodiè regnantis regis Galliæ legati, & exercitus intellexere solio alium præesse, eorum primum supremis foris promulgabatur — hæc facta innegabilia publica, & ejus sunt naturæ, ut iis quod-

vis in hoc gravi argumento iudicium superfluum valeat. Conclavia aularum secreta procul dubio plura sciunt, at quibus adjuncta rerum cognita, qui debita summo imperio veneratione adficiuntur, adficique oportet, non possumus non advertere: nos in his, quæ acciderunt, nequaquam formam voluntariæ renunciationis contemplari, contra: omnia effectus coactæ, & violentæ revolutionis indicia esse.

His accedit sequens gallicanis paginis promulgatus Articulus *Gadibus* 23. *Martii*. Nondum apud nos definitæ sententiæ est, quibus rationibus imperium Hispaniarum alienas ad manus pervenerit. Prudentes, rerumque sagaces sedulo animadvertent: a filio patri debitam venerationem, quaque obligatus, regis Majestati æstimationem in postremis habitam, palamque spretam, quod occasionem tumultus, & turbarum gliscentium in rem converteret, ut patri abdicationem extorqueat, ad quam nec ætas, nec valetudo, nec propensio animi eum permoverunt. Id singulare: a Monitore Principem Asturiæ regem nondum compellatum esse.

B I O G R A P H I A.

Miguel Cervantes Savedra natus 1567 in urbe *Alcala de Henares* Novæ Castiliæ. Theologicis medicisque studiis valedixit in Poeseos gratiam, in qua primi fœtus ingenii frigide excepti eum ad Cubicularii apud Card. Aquæviva munus Romæ amplectendum permovere, mox Colonnæ signa secutus acie ad *Lepanto* lævæ manus iacturam tulit, non multo post in captivitatem Algeritani pyratæ incidit; animi, qua pollebat alacritas eum ab extremo supplicio liberavit; quippe litro redemptus opera scripsit posteritati, supremum diem obiit 1616. ætatis nono supra sexagesimum, famæ & inedia consumtus, quod *Card. Lerma* Minister Philippi III. in opere *Don Quixotte* personam suam ferientes Satyras se invenisse existimaret. *Alphonfus Ferd. Avellaneda* erat a Lerma subornatus miserandi fœtus auctor, quo id continuabatur, donec id geniale opus, ipse Cervantes postremum in medio persecutionum ad finem perduxisset.